

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1507

Autre(s) référence(s) : Fauroux 61 / Tabuteau 150

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Sainte-Catherine ou La Trinité-du-Mont (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1030

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique, sur la suggestion de ses fidèles, Gozelinus vicomte [d'Arques] et Emmeline, sa femme, fondateurs de l'église de la Trinité-du-Mont, près de Rouen, sur la Seine, affranchit de son pouvoir judiciaire l'emplacement de cette église.

Le duc confirme ensuite les donations faites à l'abbaye par ses fidèles :

Dans le « pagus » de Talou, le domaine de Canehan ; Villers et une église ; un domaine à Caude-Cote, avec les salines ; au Poinçon l'église et trente-six acres ; la chapelle d'Appeville ; une pêcherie (« fisigardum ») à Dieppe ; sur le port de Dieppe, cinq salines et cinq maisons, redevables de cinq mille harengs par an ; le droit de pêche d'Arques, le dimanche ; l'église de Muchedent ; une partie du domaine de Tôtes ;

Dans le « pagus » de Rouen : Anceaumeville, avec l'église ; un moulin sur le Robec, contre le rempart de Rouen ; l'île de « Torhulmus » encore appelée Oissel ;

Dans le « pagus » de Lisieux, la moitié de l'église et du domaine de Branville ;

Dans le « pagus » de Cotentin, « Ernaldi Mansionalem » ;

Dans le « pagus » d'Evrecin, l'église de Gravigny et de Huest ;

Dans le faubourg de Rouen, l'église Saint-Eloi ;

Dans le « pagus » de Lisieux, Martainville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 412.
- b. Deville Achille, *Cartulaire de la Sainte-Trinité-du-Mont de Rouen*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série), 1840, p. 421, n° 1.
- c. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta, col. 9, n° 5.
- d. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 61, p. 185-187.

Texte établi d'après d

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Rotbertus, divina ordinante providentia, Normannorum dux et rector. Si fidelium nostrorum petitionibus nos prebemus exorabiles, maxime in his in quibus æcclesia Christi et loca sanctorum indigent nostri regiminis functione juvari, et illorum animos in nostra fidelitate solidamus, et, quod majus est, Deo nos gratiore, et in principatu nostro perdurabiles fore confidimus. Quicquid enim in usus necessarios æcclesiis Christi et cultibus divinis dependimus, videlicet aut donativa conferendo, aut donata principalibus edictis confirmando, confirmata sollicite regendo, ad animarum non solum remedium, sed et temporalis regni statum et patriæ salutem proficere credimus. Proinde notum esse cunctis regni nostri fidelibus, tam presentibus quam futuris, volumus qualiter, ad suggestum quorumdam fidelium nostrorum, Gozelini videlicet vicecomitis et Emmelina uxoris ejus, locum nostræ serenitatis, dono concessum, haud procul ab urbe Rotomagi in vicino monte super fluvium Sequanæ, in quo ipsi ex proprio censu in honorem et venerationem sanctæ et individuæ Trinitatis, necnon gloriosæ genitricis Dei et virginis Mariæ omniumque simul sanctorum æcclesiam fundarunt, hunc immunem juris nostri judiciaria exactione reddentes et æcclesiasticis usibus mancipantes, in perpetuum concedimus, sed et res quas memorati fideles ex rebus hereditariis suis et ex nostra cessione in usum monachorum ibi famulantium ad eundem locum stipendiarias deputaverant : id est in pago Talou villam unam, quæ ab incolis dicitur Kenehan ; in eodem etiam pago Villare cum tribus molendinis et una æcclesia, cum omnibus videlicet quæ ad ipsam videntur appenditia ; in ipso quoque pago premium ad villam Caldecota pertinens cum omnibus appenditiis suis, id est, salinis, terra in humectis maritimis, et in campis et in silvis ; in Pasun quoque æcclesiam unam, supra mare positam, cum triginta sex jugeribus ; et capellam de Appavilla, et unum fisigardum in Dieppa ; et apud portum ipsius Dieppæ quinque salinas et quinque mansuras, quæ solvunt per singulos annos quinque milia allecium ; dies dominicos piscariæ de Archas, æcclesiam de Mucedent ; villæ etiam quæ dicitur Totes partem illam quæ ad Gozelinum pertinebat ; in pago denique Rotomagensi, Anselmi villam cum æcclesia et molendino uno ; juxta murum ipsius urbis, supra fluviolum Rodobech, molendinum unum ; sed et insulam super alveum Sequanæ quam dicunt nomine Torhulum, alio quidem vocabulo Oscellum ; in pago Lisiacensi, medietatem Brandæ villæ et dimidiam æcclesiam ; in pago Constantinensi Ernaldi mansionalem ; in pago Ebrocensi duas æcclesias, scilicet de Gravingnei et de Vuest, et in Vuest duos mansos ; in suburbio Rotomagensi æcclesiam Sancti Eligii ; et in pago Lisiacensi Martin villam cum omnibus appenditiis suis, hæc utique et cætera, quæ a fidelibus viris pro salute animarum suarum ex propriis rebus eidem Sanctæ Trinitati donativa conferentur, nostræ majestatis edicto roboramus, ne quis videlicet judicariæ vir potestatis ab hodierno in futurum horum aliqua temeraria usurpatione in proprios usus devocare, aut aliorum extra prefatæ dominium æcclesiæ retorquere presumat. Quæ ego in usum monachorum Deo inibi famulantium dedi, presentibus fidelibus nostris, domno videlicet archipresule Roterto avunculo nostro, necnon et comite Gisleberto et ceteris quos non est presentis negotii exponere. Sed, ne quis contra hunc inscriptionis titulum contradictionis temerariæ signum erigat, nostræ auctoritatis privilegio firmamus, et anuli nostri impressione roboramus.

+ S. Rotberti, marchisi. + S. Rotberti, archiepiscopi. + S. Gozelini, vice comitis, qui hunc locum construxit et donativis ampliavit. + S. Hugonis, episcopi.

Acta sunt hæc anno dominicæ Incarnationis millesimo tricesimo, inductione tercia decima, Roterto rege Francorum, Roterto vero Ricardi filio Normannorum regnum moderante.